



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

15. Dispensare non potest Episcopus super aetatis defectu.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

ritate, nemo possit obtinere, ad Sedem Apostolicam recurrere debet prout à sacra congreg. conc. fuit decisum super eod. c. 17. 15 ut in decis. sub. tit. Tridentin. & etiam quod duo sint sub eodem te<sup>c</sup>to, ut de mensie Augusti 1590. quod habenti prioratum in Collegiata S. Petronij de Bononia potuerit Ordinarius & Canoniciatum in eadem eccl<sup>s</sup>ia conferte, quamvis sub eodem te<sup>c</sup>to existeret, prævia tamen dispensatione ipsius Ordinarij, attenta redditus tenuitate, fuit per eandem sacram congregat. decisum, ut in decis. mibi ultima, super eodem cap. 17.

16 13. Papa & enim circa subimiles, & litteratas personas, quæ majoribus beneficijs sunt honoranda, solet dispensare, cap. de multa. infin. de prab. & passim in Romana curia, ad plura beneficia compatibilia tamen, dispensatur, conferendo lex, & plura beneficia uni, & cum à Summo Pontifice conferantur, scientia Pontificis pro dispensatione habetur Felyn. in c. cùm vigesimum numer. 5. vers. contrarium puto, & numer. 6. de offi. & pot. jud. deleg.

17 14. Conferri debent beneficia personis legitimæ ætatis, parochiales, & dignitates curam animarum habentes ijs, qui 25. sive ætatis annum attigerint, cap. cum in cuncil. §. inferiora, de elect. cap. licet canon. cap. nemo, eod. tit. in 6. & Concil. Tridentin. c. 12. de reform. sess 24. dignitates autem, vel personatus, quibus animarum cura nulla subsistit, non minoribus 22. annis completis, non tantum inchoatis, ut hoc casu declaravit congregatio sacer. conc. super eodem c. 12. in ver. viginti duobus annis, & simplicia beneficia clericis ætatis 14. annorum sunt conferenda, cap. 6. de reform. sess 23. & 6. 12. de reform. sess 24. & usque ad ultimum

annum attigisse. d. cap. cum in cuncil. queæ ab omnibus est attendenda, antiquis canonibus non obstantibus, & nee potest Ordinarius super dicta ætate in aliquo dispensare; quia à solo Papa in ætate dispensari potest l. 1. & 2. C. de his, qui ven. atab. impet. Et, cùm solus Papa sit supra concilium, & ejus auctoritate fuerint statuta concilij roborata, capit. concilia, 17. disf. decernens, iuritum, & inane, si quid secusa quoquam, quacumque dignitate, auctoritate, & potestate fulgeret, contingenter judicari, ut in Bulla confirmationis cum decreto, quod in contrarium gesta nullat ipso iure, cap. si eo tempore, de elect. in 6. cum alijs supra deductis, soli Papæ & dispensatio supra decreta eiusdem concilij est reservata, cùm solus supra concilium statuere, & dispensare possit, cap. significasti, de elect. gloss. in cap. ubi periculum, §. in verb. concilium, eod. tit. in 6. gloss. in cap. securus sandi, in verb. præsumi. infin. 15. disf. Abb. in cap. non magnopere, nu. 5. ne iler. vel mon. & Felyn. in c. 1. nu. 24. de constitut.

18 15. Episcopi, & uti Ordinarij collatores, quantum ad ordinariam jurisdictionem spectat, beneficia ad eorum collationem spectantia per obitum vacantia conferre possunt, simplicia ijs, qui moribus, scientia, & ætate habiles existant; canoniciatus, & dignitates in cathedralibus, si ordinem sacrum annexum dignitates, præbendæ, aut alia beneficia habeant, tunc personis, quæ eo ordine sint initiatæ, aut in talia ætate constitutæ, ut infra tempus à jure, & ab eodem sacro concilio statuto valcenti, itari, ut c. 12. de reform. sess 24.

19 16. Tempus autem à jure, & à synodo Tridentina statutum ad promovendum est unius anni spatium, elem. ut hi, qui de etat. & qua.